

(6) *Aluedrio*. Approbat Gloss. in dict. authent. de fidejussor. in princ. in gloss. super parte del tempus.

LEY X.— Como, quando dos omes se fazen fiadores principales por vna debda, la deuen pagar (a).

Obligandose muchos omes de so vno (1), e cada vno por todo, faziendose principales debdores, de dar, o de fazer (2) alguna cosa a otro; si todos fueren en el lugar, quando el señor del debdo les quisiese fazer demanda, maguer cada vno dellos entrasse fiador, e debdor (3) por el otro, con todo esso, non deve demandar todo el debdo al al vno. Ante dezimos, que deve ser apremiado cada vno, de dar su parte (4), si todos ouieren de que pagar. E si por auentura todos non fuessen en la tierra, o alguno dellos non fuesse valioso (5), entonce los que fueren y, e que ouieren la valia, deuen pagar todo el debdo, quantos quier que sean, vno, o dos, o mas.

(a) LL. 3 y 4, tit. 18, y L. 17, tit. 20, lib. 3 del F. R.—L. 10, tit. 1, lib. 40 de la N. R.

LEY XI.— Pluribus fidejussoribus obligatis in solidum, non potest creditor unum convenire, si omnes sunt presentes, et quilibet est solvendo: sed si absunt aliqui, vel sint non solvendo, exigat totum ab omnibus, qui sunt presentes, et solvendo. Hoc dicit.

(1) *De sovno*. Ortum habet ab authent. de reis promit. collat. 7. et ab auth. *hoc ita*, C. de duob. reis.

(2) *O de fazer*. Innuitur hic, quod si plures se obligent ad aliquid faciendum, ita ut quilibet teneatur in solidum, dicantur duo rei debendi, ac si promitterent aliquid dare. Innuitur etiam, junctis sequentibus verbis hujus legis, quod etiam inter plures correos, qui promiserunt aliquid factum, habeat locum beneficium divisionis, de quo in ista lege, et in dicta authent. *hoc ita*, C. de duobus reis. Sed contra hoc opponitur, quod regulariter omnia facta sunt individua, ut dicit Gloss. in l. 4. §. Cato, D. de verb. oblig. et ibi Doctores communiter, et in l. stipulationes non dividuntur 72. 2. responso, eod. tit. et sic de natura obligationis, etsi non dicatur in solidum, quilibet teneatur in solidum; non tamen per hoc dicantur duo rei debendi, ut probatur in l. remhæreditariam 65. D. de eviction. licet ergo exprimat, quod tacite inest, nihil debet operari, l. non recte 5. C. de fidejussor. l. 3. D. de legat. 1. Præterea, neque inter eos videtur, quod habeat locum beneficium divisionis; cum horum divisio corrumpat stipulationem, dict. l. stipulationes non dividuntur: et propter ista Bart. in l. 2. versic 3. quæro, D. de duob. reis, tenet, quod etsi dicatur in obligatione individi, quod teneantur in solidum, non tamen propter hoc dicentur duo rei debendi; nisi expressè dicatur, quod animo constituendi se duos reos, sic promittunt: et insuper adde Bart. quod dato, quod exprimat, non habebunt beneficium divisionis, eo quia corrumpetur stipulatio; et cum dictis Bartol. tenet etiam Salic. in l. 1. et in anthen. *hoc ita*, C. de duob. reis. Adverte tamen, quia idem Bart. in l. 4. §. Cato, supra alleg. in 6. oppo. vult, quod sufficiat dicere, quod teneantur in solidum, ut dicantur duo rei: et illud videtur verius, et communiter tenetur, secundum Francisc. de Aret. ibi, col. 11. et hoc approbat in ista lege Partita. Sed quantum ad beneficium divisionis, non reperio Doctorem contradicentem dictis Bart. in dict. l. 2. D. de duob. reis: unde vel dicendum est, quod ista lex Partita intelligatur, quando fuit promissum factum, quod erat dividuum, quod est maxima restrictio, et diviniatio; vel quod ista lex Partita approbet dictum Gloss. in l. reos, §. cum in tabulis, D. de duobus reis, super verbo videbantur, volentem, quod etiam in individuis habeat locum dict. authent. *hoc ita*. Cogita.

(3) *Entrasse fiador, e debdor*. Hic colligitur, quod tunc duo rei fidejuberè videntur respectu creditoris quando hoc actum est, et non alias; et sic videtur approbari opinio Petri, Jacobi de Raven. et Cyn. quam sequitur Bartol. in l. reos, D. de duobus reis, ubi hoc probatur, et in dict. authent. de duobus reis, in corpore, ibi alterna fidejussione, etc. adde etiam alium casum, quando esset color quæsitus, ut in l. item si 7. §. 1. D. ad Macedon. Bart. in dict. l. reos.

(4) *Su parte*. Quid si duo rei sint obligati per instrumentum habens executionem paratam, prout de jure Regni habent instrumenta publica? Angel. in dict. authent. *hoc ita*, loquens de simili statuto Florentiæ, dicit, quod tunc non habebit locum dispositio dicte authent. imo quilibet possit conveniri in solidum, et est dictum singulare, si est verum; sed non credo esse verum, et moveor ex notatis per Bart. in l. eum qui ita, §. qui ita, D. de verb. oblig. ex eo, quod ista exceptio tacite inest ipsi actioni, et non producitur actio, nisi qualificata cum ista exceptione; et quia ex ipsa inspectione instrumenti, ex quo plures se obligant in solidum, apparet notoriè de ista exceptione: ita videtur decidere Joan. de Imol. in l. fin. D. à quibus appell. non licet, versic. tertio limitat Bald. ubi dicit, quod quando statutum disponit, quod contra instrumentum non possit admitti exceptiones, nisi solutionis, poterit nihilominus opponi alia exceptio, de qua apparet notoriè ex inspectione instrumenti, puta, quia promissio est sine cauta: et sequitur Alex. cons. 77. visis dubitationibus, col. final. vol. 5. Et dato, quod in statuto, de quo loquitur Angel. suum dictum procederet, secundum leges Regni non procederet, ex quo omnes legitimæ exceptiones (dum tamen infra decem dies probentur) et admittantur contra instrumentum publicum, ut in l. fin. habetur tit. 8. lib. 5. Ordin. Regal. et vide Roderic. Suarez hoc idem volentem in lectur. l. post rem judicatam, D. de re judic. ubi legit dict. leg. Regni, fol. 40. col. 4. vers. inferitur etiam, et est folio 144. illius operis totius cum repet. l. quoniam in prioribus. Nota etiam, quod communis conclusio est, quod remedio illius authent. possit renuntiare; et sic poterit renuntiare hujus legis remedio, notat Gloss. quæ communiter approbatur in dicta authent. *hoc ita*, in gloss. fin. et unum casum notabilem, ubi non posset opponi de tali renuntiatione, vide per Bart. in l. Paulus, la 2. D. de re judic. et est mirabilis determinatio, tradit Alexand. cons. 37. col. 2. in fin. cum principio sequentis, vol. 2.

(5) *Non fuesse valioso*. Id est, quatenus non posset solvere; nam ad id, quod potest ab eo haberi, non tenebitur alter correus, declarat Alber. in dicta authent. *hoc ita*.

LEY XI.— Como aquel que rescibe la paga de alguno de los fiadores, le deve otorgar poder, para demandar a los otros (a).

Pagando (1) alguno de los fiadores todo el debdo en su nome, puede demandar (2) a aquel a quien faze la paga, que le otorgue el poder que auia para demandar el debdo, contra los fiadores que fueran sus compañeros en aquella fiadura, e otrosi el que auia contra el debdor principal (3); e el deue gelo otorgar: e despues que le fuere otorgado este poder, en su escogencia es, de demandar a cada vno de los otros fiadores, aquella parte (4) que pago por ellos. E si alguno y ouiesse tan pobre, que la non pudiesse entonce pagar, deve tomar (5) del tal recabdo (b), que le pague cada que pueda. E puede aun demandar la parte que pago por si, al debdor principal. E si esto non quisiere fazer assi, puede demandar el por si mismo (6) al principal debdor todo el debdo; maguer el señor del debdo non le otorgasse el poder que auia contra el. Mas si acacesciesse, que alguno de los fiadores pagasse todo el debdo en nome de aquel que fio, e non en el suyo; entonce, aquel que rescibe la paga del, non puede otorgar poder, para demandar alguna cosa a los otros fiadores. E esto es, porque todo el derecho que el auia contra los fiadores, para demandarles la debda, o para otorgar poder, para lo demandar, a aquel que gelo pago, todo se remata, porque el fiador le fizo la paga en nome del debdor principal. Empero el fiador que assi pagasse la debda, como sobredicho es, en salvo finca su demanda, para poder demandar lo que pago, a aquel por quien entro fiador. E si alguno de los fiadores pagasse todo el debdo

simplemente, non diziendo que lo faza en nome del debdor principal, ni en el suyo, si luego que la paga ha fecha, demanda a aquel que la faze, que le otorgue poder de demandar, lo que pago, a los otros fiadores; dezimos, que le deve ser otorgado. E si entonce non lo demanda, dende adelante non gelo deve otorgar: porque semeja, que fizo la paga en nome del debdor principal, e non en el suyo (7). Pero bien puede demandar al debdor, que le de lo que pago por el.

(a) L. 4, tit. 18, y L. 17, tit. 20, lib. 3 del F. R.

(b) Es decir, caucion ó fianza.

LEY XI.— Unus ex fidejussoribus solvens creditorum nomine suo, potest petere, ut ei creditor cedat actiones contra reum, et fidejussores: et eis cessis agit, si vult, contra quemlibet fidejussorum pro parte eum contingente; vel ad totum contra reum principalem, etiamsi non cedatur ei actio: et si nomine principalis solvit, non potest creditor actiones cedere; quia ejus solutione fuit debitor liberatus à creditore, et fidejussore: sed potest sic solvens repetere à reo principali totum, sed à confidejussoribus nihil: si autem non expressit, cujus nomine solvit, si post solutionem statim petit cessionem, fiet ei cessio contra omnes: sed si postea ex intervallo, non potest ei fieri cessio; quia præsumitur nomine debitoris solvisse, ex quo statim cessionem non petit, potest tamen exigere, quod solvit à debitore. Hoc dicit.

(1) *Pagando*. Ortum habet à notatis per Azon. C. eod. in summa col. pen. vers. conventus autem fidejussor. Et nota, quod etiam post solutionem, quam fecit fidejussor, potest petere cessionem, de qua hic; neque obstat l. Modestinus 76. D. de solution. quia in his, quia accessorij tenentur, semper solvens videtur solvere pro obligatione sua, l. si filiusfamilias, D. de in rem verso, l. Papinianus, 28. D. mandat. Bart. in l. cum his, de fidejus. Quod tamen limita, et intellige, si statim post solutionem petit cessionem, ut infra in fine hujus leg. quando vero expressè dixit, quod solvit nomine suo, tunc etiamsi statim non petit cessionem, poterit etiam ex intervallo eam petere, ut habetur in ista lege, et tenet Azo ubi suprâ.

(2) *Puede demandar*. Et oportet, quod petat cessionem, nam sine cessione non posset agere contra confidejussores, ut in l. ut fidejussor. 59. D. eod. Sed quo jure agat contra creditorem, ut cedat? Dic, quod iudicis officio, ut in dict. l. Modestinus 76. D. de solution. vel si creditor nolit cedere, repetet solum tanquam indebitum, ut dicit gloss. notabilis, et ibi Bart. in l. cum his, D. eod.

(3) *Contra el debdor principal*. Contra quem debet creditor cedere necesse actiones personales, sed etiam jura pignorum, et hypothecæ, ut in l. Stichum 95. §. si creditor. 8. et in l. si pupillus alterum 45. D. de admin. tutor. et quando ista exceptio obstat, vel non, vide notabiliter per Bart. in l. si stipulatus, §. 1. D. eodem, et oppositur ista exceptio, etiamsi fidejussor sit obligatus per instrumentum quarentium, secundum Bald. in anthen. *præsentem*, C. de fidejussor. et etiam in ipsa executione, secundum Bald. in l. fidejussor, C. eod. Et adverte, quia Cyn. et alii Doctores et refert ibi Paul. de Cast. in fine l. jubemus, C. ad Vellejanum, volunt quod hæc intelligantur, quando fidejussor contraxit contemplatione hypothecæ: nam tunc, si facto debitoris non potest cedi, repellitur exceptio cedendarum; secus si non fidejussit contemplatione hypothecæ: et adde Bart. in dicto §. 1. et quæ tradit Socin. cons. 200. quoniam ex forma statuti dotalis, etc. vol. 2. col. 2. Et adde, quod et potest petere fidejussor, ut quod sibi exhibeat instrumentum debiti principalis, ut in l. si nomen 4. D. de hæred. vel action. vend. et tenet ibi Bald. in reportatis antiquis, quem refert, et sequitur Alex. in l. sciendum, col. 2. D. de verb. oblig. et non sufficit secundum eos hoc ostendere per sententiam latam contra fidejussorem; quinimò, si actor obtinisset dictam sen-

tentiam injustam, posset à fidejussore repelli in executione, quia non haberet quid cederet: quod Alex. dicit perpetuò notandum. Et quid si debitor obligavit omnia bona sua, et post hoc vendidit Tancreto domum, et postea Petro fundum, et creditor agit contra Tancretum hypothecaria petendo domum, qui obtulit debitorum creditoribus, qui cessit ei actiones contra debitorem et ejus bona; et virtute cessionis agit modò contra Petrum, ille verò opponit de beneficio cedendarum actionum; et cum non possit sibi cedi actio contra domum jam liberatam, quæritur an obstat exceptio? Specul. tit. de cessione actionis, §. 1. vers. sed pone habeo debitorem, movet istam quæstionem, et concludit, quod dividitur obligatio, per l. cum possessor. 5. D. de censibus, et per l. si pupillus 45. D. de administr. tutor. et l. 2. §. 1. D. ad Leg. Rhod. de fact. Huic tamen dicto Specul. obstat videtur communis doctrina scribentium in dicta l. jubemus, de qua dixi suprâ; cum tertius possessor iste, qui convenitur, non contraxit prætextu obligationis hypothecæ, et idè non potest objicere exceptionem cedendarum, sicut poterat mandator, vel fidejussor, qui prætextu et contemplatione hypothecæ, quam fecit debitor de bonis suis, contraxit, seu se obligavit: et per eandem rationem reprehenditur aliud dictum Speculati. in tit. de renuntiatione, et conclusionem, §. 1. versic. sed pone. Sufficiet ergo cedere tertio possessori jura hypothecæ quæ creditor agens contra eum habet, ut in l. mulier 49. D. qui potior in pign. habeant. et non jus hypothecarum illarum rerum, quibus renuntiavit, vel ejus facto fuerunt liberatæ: et ad intellectionem, et limitationem dicte l. mulier, vide per Bald. in l. si res obligata, D. de legat. 1. vers. quinto nota, et ibi Alexand. in fin. Et adverte, quia cum non possit conveniri tertius possessor pignoris, quando principalis debitor est solvendo, ut in auth. de fidejuss. §. sed neque, et auth. hoc si debitor, C. de pign. fidejussor non poterit in tali casu petere cessionem contra tertium possessorem; ita notat Bald. in addit. ad Specul. tit. de cessione actionis, vers. item si debitor. Et nota, quod potest per fidejussorem renuntiare huic beneficio cedendarum, ut dicit Gloss. notabilis in l. nisi hoc actum, D. de pactis: et an sufficiat generaliter renuntiare beneficio de fidejussoribus, vel authent. *præsentem*, ut per hoc excludatur etiam beneficium cedendarum, vide Socinum in dicto consilio 200. quoniam ex forma statuti, etc. et Decium consilio 27. et pro virili, et ibi quid si renuntiavit generaliter omni legum auxilio, an per hoc excludatur hæc exceptio, et consil. Ludov. Roman. ibi per eos allegatum, et vide per Bald. in dict. authent. *præsentem*, C. de fidejussor.

(4) *Aquella parte*. Non enim potest quemlibet convenire in solidum, sed pro parte, l. si plures tutelam 58. §. 2. ibi in alterum pro parte, etc. D. de administr. tutor. et l. cum pupillus 21. D. de tutel. et ration. distrah. l. 1. et 2. D. ad Leg. Rhod. de factu, in §. æquisimum, et D. de censibus, l. cum possessor. 5. et tenet Azo C. eodem in summa col. penul. et Bartol. in l. si plures, la 2. D. de admin. tutor. et vide quæ dicam in gloss. sequenti.

(5) *Deve tomar*. Innuitur hic, quod id, quod ex cessione non poterit fidejussor consequi ab uno ex fidejussoribus, non poterit consequi ab alio confidejussore; sed tantum debeat esse contentus cautione, de qua hic. Sed adverte, quia Bart. in l. Modestinus, col. fin. D. de solution. vers. quæro juxta hoc, quærit an si unus ex tribus fidejussoribus solvit in solidum, an pro duabus partibus cæterorum cessio fieri debeat in solidum? Et concludit post Gloss. ibi, quod sic; et est ratio, secundum eum, quia tale jus debet cedere, quale est apud eum, et idem tenet Gloss. in l. 1. C. de duobus reis: et subdit Bart. post Jacobum de Are. quod hoc debet intelligi, quando alii duo sunt solvendo; nam si alter eorum solvendo non esset, tunc deberet invicem periculum communicari, argumento l. verum 63. §. si cum tres 5. D. pro socio, et l. si plures 5. D. de admin. tutor. et sic aperte dicit Bart. quod inter solventem, et alium fidejussorem qui est solvendo, debeat communicari istud damnum, seu periculum pro parte illius qui est inops; quod satis habere videtur æquitatis: neque repugnat ista lex, cum utrumque remedium possit solvens habere: vel procedet, quod hic dicitur, quando fidejussores non erant obligati in solidum; unus tamen solvit solidum, cui cessæ fuerunt actiones contra alios: nam tunc periculum illius, qui non est solvendo, spectabit tantum ad solventem, ut in §. si plures 4. Instit. eod. dicta erga Bartol. procedunt, quando erant in solidum obligati.

(6) *Por si mismo*. Adde §. si quid 6. Inst. de fidejussor. et l. qui fide 53. et l. ex mandato 20. D. mandat.

(7) *Non en el suyo*. Sequitur ista lex opinionem Gloss. in l. Papi-



nianus, D. *mandat.* quæ fuit Azonis, licet Gloss. non alleget, C. eodem in summa, col. pen. Et adverte, quia Doctores communiter tenent contra illam glossam dicentes, quod in casu dubii fidejussor videtur solvisse pro sua obligatione, et sic etiam ex intervallo potest fieri cessio: ita dicit Bartol. communiter Doctores tenere in l. *Modestinus*, col. 1. D. *de solutionibus*, allegat l. *cum is*, D. *de fidejussoribus*, et l. *si filius*, D. *de in rem verso*; Joannes de Imol. in dicta l. *Modestinus* allegat etiam ad hoc l. *et magis*, D. *de solutionibus*: tene ergo menti istam legem, quæ simpliciter sequitur dicta Azon. ubi supra, et Gloss. in dicta l. *Papinianus*, quam gloss. dicit Bald. esse meliorem de jure in l. 1. C. *de action. et oblig.*

LEY XII.—Como el deudor principal es tenuto de dar al fiador, lo que pago por el (a)

Mandando vn ome a otro entrar fiador por el, e entrando el otro fiador por el de su voluntad, delante aquel a quien fia sin su mandato, e non lo contradiziendo; o entrando fiador por el, a otra parte, sin su sabiduria, e sin su mandato, e quando lo sabe, consiente en lo que el otro fizo, e le plaze; o si entra fiador otrosi por el sin su mandato, sobre cosa que otro deue dar, o fazer, a que sea a su pro, maguer non lo consienta; en qualquier destas maneras que entrasse fiador vn ome por otro valdria la fiadura. E quando pagare el fiador por aquel a quien fia, tenuto es el otro (1), de gelo dar, e fazer cobrar. Fuera ende en tres casos (2). El primero es, si el que entra fiador, pago el debdo, e lo faze con entencion de le dar por el otro, aquello que fia, o de lo pagar por el, para nunca gelo demandar. El segundo es, si la fiadura es fecha por pro de si mismo, de aquel que entra fiador. E el tercero es, si quando entra fiador, lo fizo contra defendimiento (3) de aquel a quien fio. Como si dixesse: Non vos ruego, que entres fiador por mi, ante vos lo defendo; o diciendo otras palabras semejantes destas.

(a) L. 11, tit. 18, lib. 3 del F. R.

LEY XII.—Si fidejubeo pro debitoribus ejus mandato, vel sine mandato eo presente, et non contradicente; vel eo absente, et postquam scit, consentiente; vel si sit ejus commodum, etiamsi non consentiat; valet fidejussio; et tenetur mihi ad ea, quæ solvi; nisi fidejussi, quia tenebar ei ad ea, quæ solvi; vel si fidejussi pro eo animo donandi, vel si fidejussi eo invito contra ejus prohibitionem. Hoc dicit.

(1) Tenudo es el otro. Adde l. *ex mandato* 20. §. 1. et l. *qui fide* 55. et l. *si remunerandi* 6. §. *si passus*, 2. D. *mandat.* et sequitur ista lex dicta Azon. C. eod. in summa.

(2) En tres casos. Hos casus ponit etiam Azo. C. eod. in summa, et Gloss. in l. *si remunerandi*, §. *si passus*, D. *mand.* et adde alium casum, scilicet quando fidejubeat ex necessitate, puta, ex mandato testatoris; nam et tunc solvens non repetit, ut est casus singularis in l. *tribus*, ubi Bald. D. *de usufructu ear. rer. quæ usu consum.* et dicit ibi, quod interrogavit de hoc quemdam in privato examine, et respondit contra casum illius legis, et vide per Alexandr. consil. 68. vol. 3. ad finem.

(3) Contra defendimiento. Prohibito domini tollit actionem negotiorum gestorum, ut hic et in l. *fiu. C. de negot. gest.* et in l. *si pro te* 40. D. *mandat.* Limita, nisi versetur favor publicus in solvendo, veluti pro vita hominis, vel redimendo eum à carceribus, vel curando ab infirmitate, vel maritanda muliere, vel si aliter sit favor publicus, juxta notata per Bart. in l. *Stichus*, D. *de pecul. legat.* et per Gloss. in cap. 1. 85. dist. Bald. et Paul. de Castr. in dict. l. *fin. idem Paul.* in l. *quavis*, D. *solut. matrim.* Bald. novellus in tract. *de dote*, fol. 21. col. 2. Socin. consil. 26. vol. 1. versic. *ex his quæ in facto*, col. pen. ubi tractat de expensis factis in defensione cujusdam castri, invito et prohibente domino: et vide notabilem questionem quam ponit Bald. in l. *si in aliquam*, in fine principii, D. *de offic. proconsul.*

si Rex fortificavit locum meum, ut habilius indè faceret guerram, et posuit ibi gentes suas, quod potuit etiam me invito, ut in l. 1. C. *de navib. non excusandis*, lib. 11. et in l. *fin. §. fin. D. de pign. action.* si postea finita guerra recuperò locum meum, an teneat ad sumptus? Et concludit quod non, nisi tanquam unus de populo: vide ibi per eum.

LEY XIII.—Como el que mandasse a vno, que entrasse fiador por otro tercero, le deue pechar el daño que le viniere por aquella fiadura (a).

Por otro, que non estuiesse delante, entrando algun ome fiador, non lo faziendo por su mandato, mas por mandamiento de otro tercero; dezimos, que si tal fiador como este pagasse alguna cosa, por aquel a quien entrasse fiador, que non puede demandar lo que pago, a aquel a quien fio; mas aquel por cuyo mandato entro fiador. Pero si, quando desta manera fiziesse la fiadura, estuiesse delante aquel a quien fiaua, e non lo contradixesse; o entrasse fiador en nome del, maguer non estuiesse delante, si se torna en pro de aquel por quien fizo la fiadura, entonce en su escogencia (1) es, de aquel que entro fiador, de demandar lo que pago, a aquel a quien fio, o al otro tercero, por cuyo mandato fizo la fiadura: e ellos son tenudos de lo pagar.

(a) L. 11, tit. 18, lib. 3 del F. R.

LEY XIII.—Si mandato tertio pro alio absente fidejussi, tenetur mihi mandator, et non debitor, ad ea quæ solvi; nisi in debitoris utilitatem fidejussio convertatur: quia tunc, et quando debitor erat præsens nec contradixit, agam contra eum, vel mandantem; prout elegero. Hoc dicit.

(1) En su escogencia. Adde ad istam legem l. *qui fide* 55. et ibi gloss. 1. D. *mandati.*

LEY XIV.—Por que razones se desata la fiadura, e puede el fiador salir della (a).

Que xar non se deuen los fiadores a ningun Juez, para apremiar a aquellos que los metieron en la fiadura, que les saquen de la fiadura, fasta que pagen alguna cosa del debdo por que entraron fiadores. Fuera ende por cinco razones (1). La primera es, si el que entra fiador, fuere juzgado (2) (b) a pagar toda la debda, o parte della. La segunda es, si ouiesse estado gran tiempo en la fiança. E este tiempo deue ser determinado segun aluedrio (3) (c) del Judgador. La tercera (4) es, si quando el que entra fiador, entiende que se cumple el plazo a que deuia pagar, o por non caer en la pena, el, nin aquel a quien fiaua, a aquel a quien entro fiador, le quiere pagar, e el otro non gelo quiere recebir por alguna razon, o por aventura non es en el logar, e entonce pone (5) aquello que deue, en fiadad, en alguna Egleſia, o Monesterio, o en mano de algun ome bueno, ante testigos. La quarta es, si quando entro fiador, señalo dia cierto (6) a quel deuiesse sacar de la fiadura, e es passado. La quinta es, si aquel a quien fio comienza a desgastar (7) sus bienes. Ca por qualquier destas razones sobredichas se desata la fiadura; e puede apremiar el fiador, a aquel a quien fio, que le saque della.

(a) L. 8, tit. 18, lib. 3 del F. R.

(b) Es decir, condenado.

(c) Véase la glosa de Gregorio Lopez, que habla de la ley del Fuero, que hemos citado por concordancia.

LEX XIV.—Non potest fidejussor reum compellere, ut ante solutionem liberet eum à fidejussione: fallit in casibus in hac lege expressis. Hoc dicit.

(1) Por cinco razones. Ortum habuit à l. *Lucius* 38. D. *mandat.* et à l. *fidejussor pro venditore* 43. et l. *fidejussor qui minori* 64. D. *de fidejussor.* et à l. *si pro ea* 10. C. *mandat.* et cap. *fin. de fidejussor.* Et adde, quod quando fidejussor mediante sua obligatione liberaret debitorem, potest statim agere contra eum, ut notat Bart. in l. *si is cui*, D. *de solution.* Et quid in fidejubente sine mandato, an agat, antequam solvat? Bald. in dict. l. *si pro ea* dicit, quod non. Alexandr. tamen ibi in addition. dicit, idem esse dicendum in fidejussore sine mandato, quod in negotiorum gestore, qui potest etiam agere, antequam solvat, juxta notata per Gloss. in l. 2. et in l. *si quis mandato*, D. *de negot. gest.* quod satis placet. Sed quid si fidejussor vult peregrinari, vel ire in studium? an possit agere, ut liberetur? Specul. in tit. *de judiciis*, §. *specialia*, versic. *quid si fidejussor*. videtur velle, quod sic, per l. *aut longe*, D. *de procur.* et per l. *licet*, in fine, D. *de arbitr.* Albericus tamen tenet contrarium, ex quo iste casus non reperitur expressus, et magis placet: et ibidem tenet Alberic. quod etiamsi capitales inimicitie succedant inter fidejussorem, et principalem debitorem, licet sint culpa debitoris, non possit agere, ut liberetur; licet contrarium tenuit Guilliel. vide ibi per Alber. cujus fundamentum est, quod iste casus non reperitur lege expressus. Joann. Andr. tamen in addition. ad Spec. in dict. §. *specialia*, in additione super verbo *si pro ea*, post Odofr. et dominum suum, tenet, quod possit agere, quando intervenit inimicitia capitalis culpa debitoris; et satis æqua videtur ista opinio.

(2) Fuere juzgado. Quid si propter inopiam fidejussor sit incarceratus? an statim possit agere, et ad quid agat, vide per Bald. in l. *fin. col. fin. C. de usur. rei judic.* qui vult, quod possit agere propter materiem carceris, et sic, si ex instrumento guarantee fidejussor careret, statim agere posset; aliàs non, licet sit obligatus per publicum instrumentum; licet contrarium voluit Paul. de Castr. in l. *fidejussor pro venditore*, D. eod. contra quem tenent ibi Angel. et Paul. de Castr. per bonas rationes, quod mihi placet: et idem tenet Salyc. in dict. l. *si pro ea*, col. 2. vers. *sed dubitari potest*, qui dicit, quod possit agere post petitam executionem contra eum vigore instrumenti guarantee, et videtur æquum dictum: et idem tenet Rodericus Suarez in repet. l. *post rem*, D. *de re judic.* sub verbo *visum est supra*, fol. 149. Et ex isto verbo *juzgado*, etc. posito in ista lege, colligitur, quod non sufficeret, si esset lis contestata contra fidejussorem, si non esset condemnatus; cujus contrarium voluit Paul. de Castr. in dict. l. *si pro ea*, C. *mandat.* per l. *si socius*, D. *commun. divit.* quæ lex loquitur in socio communi, non in fidejussore, in quo est diversa ratio.

(3) Aluedrio. Approbatur opinio Glos. in l. *Lucius*, D. *mandati*, et in l. *si pro ea*, C. eodem, et Glos. in dicto cap. *fin.* et reprobat opinio Guillielmi, qui dicebat de biennio, et aliorum qui dicebant de decennio, ut refert Alberic. in dict. l. *si pro ea*; et hoc est tenendum; nam lex Fori, quæ dicit de anno, non est lex, nisi probetur ejus usus.

(4) La tercera. Vide l. *qui mutuum* 36. §. *fidejussor* 1. D. *mandati.*

(5) Pone. Iunni ista lex, quod absque depositione non posset isto casu agere contra debitorem. Bald. tamen in dicta l. *si pro ea*, §. *questione*, C. *mand.* vult, quod etiam sine solutione, vel tali depositione posset isto casu agere, et nihil allegat; unde tenendum est, quod hic deciditur contra Bald.

(6) Dia cierto. Idem si dixit, quod quandocumque ad ejus petitionem liberaret eum, ut in dict. l. *si pro ea*: et qualiter consularum fidejussori in isto casu, si creditor nolit desistere ab ejus obligatione, licet debitor dat alium fidejussorem, vel pignora, vide Bald. in l. *si pater*, C. *de collation.*

(7) Desgastar. Quid si aliquis est fidejussor duorum correorum, et unus dilapidat? an possit agere contra utrumque? Alberic. in dict. l. *si pro ea*, tenet, quod sic; allegat l. *ubi adhuc*, C. *de jure dotium*, et quod ibi habetur in gloss. 1. quando socer, et vir tenentur ad dotem solvendam.

LEY XV.—Como los fiadores deuen poner defensiones en juyzio, si las ouieren ellos, o aquellos que los metieron en la fiadura, contra los que les fazen la demanda (a).

Demandada seyendo en juyzio al fiador la debda que fio, si sabe (1) que aquel por quien entro fiador, a al-

guna defension por si, atal que se remataria (2) la demanda, si fuesse puesta, e non la quisiere poner, e fuesse dada sentencia contra el; quanto quier que pagasse de la debda por esta razon, non lo podria demandar despues, a aquel por quien fizo la fiadura: porque semeja que lo fizo engañosamente (3), por fazer perder al otro su derecho. Esso mismo (4) dezimos que seria, si el fiador ouiesse alguna defension atal, que si fuesse puesta, que valdria tambien a el (5), como a aquel por quien entro fiador, e non la quiso poner. E esto seria, si el señor de la debda ouiesse fecho pleyto (b) al principal deudor, o al fiador (6), que non le mandasse el debdo nunca, o otro pleyto semejante deste, porque pudiesse ser rematada la demanda; e sabiendo el fiador, non quisiesse poner tal defension, contra aquel que le demandaba. E como quier que diximos, que si el fiador ouiesse por si alguna defension, e non la quisiesse poner, quando le demandassen la debda, que por esta razon, non podria despues demandar al que le metio en la fiadura, lo que el pagasse por el; casos y ha, en que non seria assi. E esto seria, como si la defension pertenesciesse a la persona del fiador (7) tan solamente, e non al que le metio en la fiadura; como si fuesse muger el fiador, maguer que con derecho podria poner defension, quando fiziesse la demanda, que non era tenuta de responder a ella, porque las fiaduras que las mugeres fazen non deuen valer, si non en cosas señaladas; por todo esso, maguer non la quisiesse poner, tenuto seria aquel por quien entro fiador, de darle lo que pagasse por el. Esso mismo dezimos que seria, si la defension pertenesciesse tan solamente a la persona del principal (8) deudor, e non al que fizo la fiadura. Ca maguer que el fiador pudiera auer rematada la demanda por ella, si la ouiesse puesta (9); con todo esso, tenuto es (10) de darle aquel por quien entro fiador, todo lo que pago por el.

(a) L. 13, tit. 18, lib. 3 del F. R.

(b) Convenio.

LEY XV.—Si fidejussor conventus scienter omisit exceptionem preemptionis reo, vel ei competentem, ut pacti de non petendo, reo, vel ei facti, non habet recursum contra reum principalem; nisi talis erat exceptio, quæ solum personæ fidejussoris competeat, ut exceptio Vellejani mulieri fidejubenti; vel competeat personæ rei principalis tantum. Hoc dicit.

(1) Si sabe. Nam si ignoraret, posset repetere à debitoribus; de quo dic. ut in l. *si fidejussor* 29. in princ. D. *mandati.*

(2) Remataria. Nam si esset declinatoria judicii, non noceret fidejussori, si eam omitteret. l. *si fidejussor* 29. §. *quædam* 4. D. *mandat.* Et dicitur dilatoria (secundum Azon. C. *mandat.* in summa col. antepen.) si non opposuit, quod procurator non poterat esse procurator, ut quia erat miles, vel aliàs; secus si in veritate non erat procurator, quia non habebat mandatum: nam de hoc tenetur opponere fidejussor, secundum eundem Azon. ut in l. *inter causas* 26. §. *mandato* 5. D. *mandat.* et tenet Gloss. in dict. §. *quædam*, et ibi Alberic. post Jacob. Butricar. et istud videtur verius, quam illud, quod dixit Bald. post Jacob. de Belloviso in dicta l. *si fidejussor*, §. *quædam*, scilicet, quod ille §. intelligatur indistinctè, et ibi respondit ad *mandato*. Dicitur etiam dilatoria, si omisit exceptionem communicationis, vel hauni, secundum Alberic. in dict. §. *quædam*.

(3) Engañosamente. Adde dictam l. *si fidejussor* 29. in princ. D. *mandat.* ibi, *videtur dolo versari*, etc. si tamen exceptio non solebat admitti in illo loco, vel aliàs propter recuperanda pignora fidejussor